

Index Disputationum quae hoc volumine primo continentur:

1. De judiciis paganis.
2. De Emphyteuta meliorationibus.
3. De Retentione.
4. De Concussione.
5. De Testamento p nuncupationem qua tate facta.
6. De liberis Expositiis funditionem.
7. De immunitate Metatica.
8. De iure Detractionis.
9. De Pensionis ob perititate remissione.
10. De Sumptibus Pietatis.
11. De Scholae Macedoniano.
12. De Potestate Maritali.
13. De Actionibus Praejudicialibus.
14. De Moneta eiusdem iure et Mutatione.
15. De Magistratibus.
16. De Actione Spolij.
17. De Divisione ac Qualitate rerum et earum dominio ex iure gentium acquirendo.
18. De Munitibus eorumque damnis.
19. De Praesumptionibus.
20. De Advocatis.
21. De Diffidationibus: Confessione.
22. Analysis I: Traditionibus et C. De Pactis.

Dubio
A




23. De iuncto Pontij Pilati iudicio
24. De iure Reverentiali eius effectibus Specialibus.
25. De Legitimatione.
26. De Et cætera.
27. De Contractu Estimatorio.
28. De Actione in factu pro retinenda possessione presentanea competente.
29. De pecunia numerata in locatōe gædatione necessaria.
30. De Restitutione in integrum Minorū.
31. De iustitia hominis circa sua membra.
32. De iure domini restricto.
33. De Holv. *тотъ* *подъ* *внѣ* *сумъ* *гунъ* in manuscripto Gaudel.
34. De iurisdictione.
35. De pecunia rustica *Крестовъ* *gold*.
36. De Mercatoribus.
37. De Coercitione hæresium.
38. De Purgatōe Vulgari.
39. Iura Convivorum.
40. De Gabella Detractionis atq; Emigratōis.
41. De Principio Liberosū.
42. De Nomini Mutatōe et Anonymis Scriptoribus.
43. De Mutuo.
44. De iure Nuptiarū Venere illicita, eisdem poenis.
45. De Specificatione.

46. De Emptione et Venditione Feudi.
47. De ^{de} Vocatione Feudi q̄ fit Successionis iure.
48. De Expectativis.
49. De Feudo pluribz p̄misso cum explicatōe 2. Quoties
et de Rei Vindicatōe.
50. De Investitura Feudali.


J. Muller












UNIVERSITÄT
MAGDEBURG
BIBLIOTHEK
SACHSEN-ANHALT
VERGLEICHENDE ANATOMIE
VON
MILCHTIEREN
VON
DR. MED. DR. THEODOR
SCHNEIDER
1874





D. T. O. T. M. A.

RESTITUTIO.

NEMIN INTEGRUM
MINORUM,

*Permissu amplissimi in hac Philu-
rea Jctorum Ordinis,*

SUB TUTELA

DN. AUGUSTI BENEDICTI
CARPZOVII,

J. U. D. & Institut. Imperialium P. P.

publicè disquirendam proponet

GEORGIUS AUGUSTUS

Görner / Finst. Lusatus,

AUTOR.

In Themisterio Jctorum,

Horis consvetis,

Annò Xρ15070νίας, M. DC. LXXV. die VI. Maji.

L I P S I Æ,

Ex Officina Typographica COLERIANA.

P. Kunde 30.



D. F. O. T. M. A.

RESTITUTIO

NE MINUS IN INTEGRUM

MINORUM

Permissis amplissimis in hac Parte

res. German. Ordinis

SUB TITULO

DR. AUGUSTI BENEDICTI

CAROLINI

LUD. & Iohann. Imperatorum R. P.

publice disput. sub auspiciis

GEORGII AUGUSTI

Strenui Fidei Lictoris

AUTOR

In Themistio Jecorum

Floris conlocis

Ex Officina Typographica COLLEGI

LIPSIÆ

Ex Officina Typographica COLLEGI

R. R. R.

no
pt
l,2
in
ta
na
ff
ci
à
fi
ff
di
se
no
tu
fo
re





Q. D. B. V.

DE

Restitutione in Integrum Minorum.

THES. I.

Restitutionis Vox, quàm communiter à re & statuere (quod rem in suum statum restituat, in quo fuisset, si illud, adversus quod ea fieri debet, non evenisset, ut ferè Paulus in l. 35. l. 75. ff. de V. S.) deducunt, Andr. Alciat. d. l. aut ad res referri solet, aut ad personas.

II. Ad res quando refertur, modò *dationem* aut *redditionem* notat: ita restituit Coniunx dotem post matrimonium; restituit scriptus heres fideicommissum, restituit possessor rem, possessionem, l. 22. ff. de V. S. modò idem est ac *reficere*, sive novâ refectione rem in pristinum statum reponere l. 25. de Locat. Cond. modò idem notat quod *destruere*, ita tamen, ut destructione istâ novi operis pristina forma rei reddatur l. 1. §. 1. ibiq. Glossa de N. O. N. l. 2. §. 35. & §. 43. ff. ne quis in loc. publ. Udalric. Zas. l. 2. sing. intell. c. 20. in pr.

III. *Personis* applicata restitutionis appellatio duas producit species, quarum alteram *gratia*, *Justitiæ* alteram nuncupant. Illa à sola gratia dependet, & *soliis Majestatis* est, quâ nimirum gratia fit pœnæ & infamiæ ex jure communi impositæ, l. 9. in f. l. 9. §. 11. l. 31. ff. de pœn. l. 1. §. ult. ff. de quest. l. 10. C. de sentent. pass. & rest. ac rursus dispescitur in *generalem*, quâ pœnâ tantùm remittitur l. 2. l. 7. C. de sent. pass. & *specialem*, hancque vel *plenam*, quæ famam, bona, honores, & patriam potestatem reddit d. l. 2. 3. 4. seq. C. d. t. quam restitutionem *per omnia* fieri ait Justinianus in §. 1. §. quib. mod. jus P. P. solo. vel *minùs plenam*, quæ præter bona & redditum, nec honorem reddit, nec potestatem patriam, vid. Arnol. Vinn. ad d. §. 1. Glossa ad



d. §. 1. & l. 1. C. d. t. Ant. Matthæus de Criminibus tit. quib. mod. crim. ex-
tingu. c. 5. §. 8. Ant. Merenda l. 6. Controv. c. 7. Ludvvel. ad Wefenbec.
ff. de sentent. pass. n. 3. Hæc iustitiæ scilicet nititur causâ petendi, eam-
que concedere ipsa Iustitiæ svadet, competitque vel *Majestati*,
quando ex nulla causa damnatus, deque cujus innocentia constat,
contra damnationem absolvitur, & quævis ablata restituuntur l. 1.
§. ult. ff. de quest. Elbert. Leonin. l. 6. emend. c. 7. n. 8. & 12. Petr. Heig.
2. quest. 22. n. 12. seqq. Ant. Perez. ad C. de sent. pass. n. 14. Ludvv. ad
Wefenbec. l. c. Ziegler. Disp. 4. de Jur. Maj. th. 30. 31. 34. vel *Magistra-*
rii ex officio Jurisdictionis l. 1. §. 10. ff. de postul. ibique Ant. Faber in
Rational. Franz. d. t. n. 14. & vicissim duplex constituitur, nimirum
Civilis & *Prætoria*: *Civilis*, quæ ex Legibus & Constitutionibus
Principum competit, cujus exempla sunt in l. 2. C. de Resc. Vend. l. 3.
C. Ex quib. caus. maj. l. 33. ff. de re jud. l. 11. de Except. l. 31. ff. de Juvej. l. 3.
C. comman. utriusq. judic. *Prætoria*, quæ ex Prætoris Edicto & in
causa Civili aut cognitione ipsius Prætoris majorisve Magistratus
indicebatur ac dabatur l. 1. §. 1. ff. de min. l. 24. §. ult. ff. cod. aut jure a-
dionis, dato iudice pedaneo, l. 14. §. 1. quod met. caus. l. 1. §. 1. ff. de dol.
mal. l. 2. §. 1. de cap. min. l. 1. de alien. jud. mut. caus. fact. l. 1. in f. ff. ex quib.
caus. maj. Arn. Vinn. l. 1. select. quest. c. 10. Jo. Strauch. Exerc. 3. ad L.
Decis. cap. 1. n. 15. 16. 17. Et hæc prætoria nostræ erit considerationis.

IV. De Restitutione in Integrum porro inscripsi Dissertati-
onem, quò qualitatem & effectum restitutionis innuere volui,
quod eâ hoc agatur ac impetretur, ut omnia in pristinum statum
reducantur, tam ex parte adversarii, quàm ex parte restituti, l. 24.
§. 4. ff. de minor. l. 1. & 2. C. si adversus transact. Qua de re in sequen-
tibus plura.

V. Minor est, qui intra annum 14. & 25. (de Jure Saxonico
21.) ætatis constitutus est. l. 30. C. de Episc. & Cler. l. 8. §. 1. & 3. C. de bon.
que lib. quanquam non planè hîc excludam impuberes, sive adhuc
infantes sint, sive infantiâ majores aut pubertati proximi, in casu
ubi Tutores sive ut administratores sive ut Autores negotia gesse-
runt. l. 45. l. pen. ff. de minor. Eckolt. ad d. t. §. 2. Qua de re tamen &
inferius dicentur plura. Utendum autem mihi vel maximè hoc
nomine fuit, ut restitutionem, de qua agere institui, minorum sci-
licet, ab ea, quæ ex aliis causis, metus inquam, doli, capitis minu-
tionis,

tionis, absentiae, alienationis iudicii mutandi causam contingit, fecernerem.

VI. Porro Restitutio isthac Prætoria modò consideratur ut *medium*, quo causæ amissæ redintegratio petitur, modò prout est *terminus Objecti restituti*, seu *facultatis restitutoricis effectus*. Hòc sensu definitur ab Impp. in l. 2. C. In quib. caus. in integr. rest. non est necess. causæ jure amissæ redintegratio: illo à Paulo l. 1. sentent. tit. 7. redintegrandæ rei vel causæ actio. Struv. Syntagm. Jur. Civ. Exerc. 8. th. 2. Hahn. ad Wesenbec. tit. de in integr. rest. n. 5. & Vinn. l. 1. select. quest. c. 10. & hanc definitionem unam veram & magistralibus aliis longe præferendam ait celeberrimus Strauchius ad L. Decisiones Exerc. 3. c. 1. n. 13. frustra dissentiente H. Donellò l. 24. Comm. Jur. Civ. c. 4. quem sequitur Wissenbach. ad ff. p. 1. D. 13. th. 2. quod magistratus restituens non agat, sed apud eum agatur. Considerat enim Paulus & cum eo Dd. restitutionem, non ut est facultas activa in magistratu residens, remedium juris largiens, sed ut est ipsum remedium vel auxilium juris à magistratu concessum, à quo quævis olim impetranda erat actio, antequam in iudicium introduceretur. Et hòc sensu, quatenus pro remedio, quo restitutio petitur, accipitur, in posterum eandem considerabo.

VII. Hinc non vereor ponere hanc definitionem: *Restitutio in Integrum minorum est remedium extraordinarium, quò minor viginti quinque annis (Jure Saxon. 21.) facilitate suâ vel etiam dolo adversarii lesus & deceptus in pristinum statum se reponi postulat.*

VIII. *Remedium* generis locò pono, ita enim omnes ferè interpretes restitutionem per auxilium vel remedium, id est, medium ad finem definire intelligo. Sed *Extraordinarium* addidi, quam vocem sive secundum jus vetus quis exaudiat, sive mentem interpretum, non præter rem adhibitam animadvertet.

IX. *Extraordinarium remedium* vocabant illi, quod extraordinariò iudicio exercebatur, non secundum conceptam à Prætore formulam, iudice dato, sed à Prætore ipso cognoscente. Arn. Vinn. ad ff. 1. J. de Act. n. 5. seqq. Georg. Obrecht. de Jurisd. lib. 3. p. m. 367 seqq. ubi eleganter totum processum veterum exemplò quodam demonstrat; & tale erat, quò petebatur pariter ac dabatur in integrum restitutio, non omnis quidem, sed minorum hæc nostra. l. 16. pr.

l. 24. §. f. ff. de minor. in qua prætor non actionem se aut judicem daturum ex more judiciorum ordinario & consueto, sed uti res quæque erit, animadversurum pollicebatur *l. 1. §. 1. ff. eod.* Vinn. *select. quest. l. 1. c. 10.* quanquam & hanc ipsam sæpe per actionem, ubi aliquid rei suæ amiserunt minores, expediri solitam fuisse, *l. 3. §. 1. l. 16. §. 2. ff. eod.* indicent, nec Paulus in *l. 24. §. f.* ullam unquam actionem aliquam inde dari neget, sed peculiarem & propriam, sicuti ex Capite doli, metus, absentia & deinceps. Strauch. *d. l. n. 17.*

X. *Ex mente interpretum* extraordinarium remedium restitutio in genere dicitur, tum quatenus rescindit ea, quæ mero & summo Jure valent, tum quatenus in subsidium & ferè non nisi aliis remediis usitatis jure Civili proditis deficientibus competit. Maurit. *de restit. in integr. c. 2. n. 8.* Udalric. Zasius *l. 1. sing. Respons. c. 20.* Hahn. *ad Wesenbec. tit. de Rest. in Integr. n. 5. in f.*

XI. Et hinc *causa efficiens remota* remedii nostri prodit, quæ Prætor est, qui edicto suo hoc remedium proposuit, primùm quidem vi jurisdictionis suæ & augendi emendandive Juris Civilis ergo, *l. 7. §. 1. de f. & f.* quod postmodum ob utilitatem suam *l. 1. ff. de rest. in Integr.* perpetui juris vim, sicut & cætera Prætorum edicta, Vinn. *ad §. 7. f. de f. N. G. & C. n. 1.* obtinuit, ita quidem, ut modò per implorationem officii Judicis nobilis *arg. l. 24. §. ult. ff. de minor. ibiq. Brunnem.* modò actionem ordinariam *l. 13. §. f. cod. Franzk. ff. de rest. integr. n. 36.* aliquando etiam per modum exceptionis aut replicationis *l. 9. §. 4. ff. de Jurej. Brunnem. ibid. Carpzov. l. 3. t. 9. Resp. 96. n. 1.* expediatur, quæ generali remedii nomine in definitione proposita comprehendere non dubitavi.

XII. *Fundamentum & causa efficiens proxima* remedii hujus partim *obligatio* est, idque ordinariè & regulariter, partim *factum* aliquod *dominium*, quod irregulariter tamen & non nisi ex necessitate quadam introductum. Franzk. *tit. de rest. in int. n. 38.* Dn. Lauferbach *Exerc. 12. Conclus. for. 14.* Nam Prætor ex æquitate, quam maximè ante oculos habere solet, *l. 1. l. pen. ff. de in Int. rest.* primùm contra jus commune, quo contractus minorum legitimè celebrati validi sunt, *arg. l. 16. pr. ff. de minor.* statuit, ut propter læsionem minorum, sive illa ex dolo ejus, qui cum minore contraxit, sive errore etiam & imbecillitate minorum æque ac tutorum eorundem proveniat, obli-

obligatio introduceretur, simulque actionē in foro Civili efficacem
edicto suo dedit, & ut adversus eum, qui cum minore ita decepto
contraxit, institueretur, edixit, opemque suam ac animadversio-
nem pollicitus est *l. 1. §. 1. ff. de min.* quæ ipsa tamen obligatio non
ex prævia aliqua conventionē, sive vera, sive ficta, aut ex facto ali-
quo præsumtâ nascitur, neque ex ullo Jure ordinario, sed ex mero
Prætoris beneficio quod *dativum* magis est, non ex necessitate præ-
cedentis causæ civilis productum, sed merâ autoritate prætoris, vñ
imperii prætoris, solâ æquitate impellente, ut loquitur Dn. Strau-
chius *Ex. 3. ad L. Decis. c. 3. n. 34.* adeoque ad varias illas causarum
figuras pertinet, de quibus Cajus in *l. 1. pr. ff. de O. & A.* & Dn. Jo.
Otto Tabor in *part. Elem. p. 3. Sect. 3. th. 41.* Postea, ne quicquam,
quod minori utile esset, omitteretur, si aliter indemnis servari ne-
queat, aut singularis etiam illius exposcat utilitas, ex necessitate
& quasi in subsidium, ad exemplum ejus, cujus absentis res usu-
capta erat, adversus quemcunque possessorem, rescisâ alienatio-
ne in rem dedit iudicium, cujus fundamentum rectè dominium
aliquod præsumtum aut fictum statuitur cum Bachovio de actio-
nibus *Disp. 3. thes. 25. 26. seqq. l. 13. §. f. l. 4. l. 15. ff. de Min. Ant. Faber in*
Rational. ad dd. ll. & Brunnem. ibid. C. J. A. h. t. th. 96. Bach. ad *πεῶν*
h. t. C. 10. n. 3. secundum hæc remedium nostrum nunc *personale*
nunc *reale* rectè statuit Bachov. *ad Trentl. Vol. 1. Disp. 11. th. 2. lit. D.*
Arnold. Vinnius *l. 1. select. quest. c. 13.*

XIII. *Subjectum activum* sive is, cui datur hoc remedium,
est *minor viginti quinque annis l. 1. §. 2. h. t.* Nam hæc ætas 25. anno-
rum ex Lege Lætoria definita est *l. 2. C. Theodos. de donat. ibique Go-*
thofr. add. Arn. Vinn. ad §. 2. §. de Curator. n. 1. quod post illud tem-
pus demum finis crescendi sit, & vigor virilis compleatur, quare
& *ἀκμὴ* seu statura ac robusta ætas vocatur in *l. 13. ff. de probat. l. 17. de*
leg. 2. l. 1. §. 2. h. t. Hilliger. *l. 21. D. E. c. 7. lit. A.* nec interest, an *masculus*
sit an *fœmina*, *l. 3. §. 5. ff. h. t.* quamvis enim illæ *ἀκμὴν* istam citius re-
cipiant, quàm masculi, & inde quoque citius tutelâ liberentur, ta-
men non ut corpore, ita animi prudentiâ crescunt, & masculos
ante annum 25. anteverunt. *Jus Saxonicum* annorum *viginti & vi-*
nius terminum minorennitatis statuit. *Landrecht l. 1. art. 42. Lauterb.*
Exerc. 12. Concl. for. 6. lit. b. ibiq. cit. Dum autem minorem 25. annis
dixit

dixi, non tantum eum intelligo, qui intra annum 14. & istum terminum constitutus est, sed pupillum etiam & infantem; nam cum hi etiam in negotiis à tutoribus aut cum tutorum auctoritate gestis lædi possint, dubium non est, quin isthoc quoque ætatis beneficio gaudeant.

XIV. Cum autem ætas facti sit, & solius naturæ, computatur illud tempus *non civiliter*, ita ut dies cæptus pro completo habeatur, ut in usucapionibus, *l. 6. seq. de Usuc. & testamentis l. 5. pr. qui testam. facere possunt*, sed *naturaliter* seu de momento in momentum, ita ut ipsa hora, quâ quis natus est, spectetur, ac biduum bisextile pro uno habeatur die *l. 3. §. 3. ff. h. t.* quia scilicet adhuc minor est, siue non excessit annum ætatis 25. quando vel ipsa natiuitatis hora siue momentum nondum præterlapsum; vel uterque dies bis sextus non computetur, quippe qui ambo ad anni completionem pertinent: cum ideò intercaletur, seu bis sexto Calendas Martias scribatur, quod horæ 6. singulis annis ultra 365 dies residuæ quarto quoque anno diem inferendam adjiciant, *l. 98. de V. S. conferatur omninò Dn. Franzk. ad ff. h. t. n. 3. 4. add. Gœdd. & Wegner. ad l. 2. §. 1. de V. S. Henr. Hah. ad Wesenb. h. t. n. 3. in fin.*

XV. Porro petunt restitutionem vel *minores ipsi*, vel *alii ex illorum personâ*: Ipsi *minores* si læsi fuerint, & in illorum damnum læsio ista vergat: unde *pupilli & infantes* regulariter restitutionem petere opus non habent, quia ipsò jure tuti sunt, *l. 39. §. f. h. t.* Hahn. ad Wesenb. *h. t. n. 3.* nisi forte tutores ipsorum contraxerint, aut ipsi cum tutorum auctoritate, & restitui eorum interfit, *l. pen. ff. h. t.* quod idem de *nascituris & in utero existentibus* dicendum, si damnū forsan ad illos spectet *l. 45. ff. cod. Tabor ad C. J. A. h. t. §. 2.* Nihil autem interest, siue *minores patres familiâs* sint, siue *filiisam*. Quamvis enim de his olim dubitatum fuerit, tum quod non in omnibus firmiter obligentur *l. 2. §. 1. de pollic. §. pen. 7. quod cum eo qui in alt. pot.* Jo. Jac. Wislenb. *ad ff. p. 1. Diss. 14. th. 3.* tum quod majori potius & Patri scilicet per restitutionem istam magis consulatur, contra Prætoris, minoribus tantum subvenire volentis, intentionem *l. 23. ff. h. t.* placuit tamen, ut in casu, quo in negotiis jure Civili validis verè decepti fuerunt, & eorum interest ob ætatem deceptos non fuisse, in integrum restitutionem efficaciter petere possint, t. t. C.

C de filios. min. l. 3. §. 4. ff. de min. ibique Brunnem. & Ant. Faber in Rational.

XVI. Præterea nihil interest, siue *curatores habeant siue minus*; & de his quidem res expedita est, quod cum minores de Jure Civili, etiam post L. Lætoriam, hancque secutam M. Antonini constitutionem invitati non teneantur recipere curatores §. 2. J. de Curat. ibique Vinn. n. 1. atque ita hos non habentes contrahendo se obligaverint, vel quid alienaverint, quod eis noceret, in integrum restitutione opus habeant, l. 3. vers. si verò sine. C. de in integr. rest. Quod si verò *Curatores habeant, aut cum eorum consensu* contraxerunt, aut *absq. illis*: illò casu vel ex hac ratione cessare debere videbatur hoc extraordinarium remedium, quod actione personali & ordinaria contra Curatorem, si solvendo sit, & aliqua ejus culpa argui possit, experiri valeant: jam cui ordinarium competit remedium, ei denegatur extraordinarium & subsidiarium l. 16. pr. ff. h. t. aliud tamen favore ætatis constitutum fuit, ut & tunc restitutio peti possit à minore, l. 3. C. Si Tut. vel Curat. non. interv. & hinc dicta regula de ordinario & extraordinario remedio ita limitanda, ut intelligatur, si adsit actio ordinaria contra eum qui læsus est, secus si adsit actio contra tutores, arg. l. 14. l. 15. ff. de minor. Wissenb. & Brunnem. ad d. l. 3. maximè cum aliquando magis consultum esse possit minori restitutione, quæ & altera istius regulæ est limitatio, si scilicet remedium extraordinarium ordinariò sit pinguius, vid. Carpz. p. 2. Const. 11. def. 34. add. Sfort. Oddum q. 17. art. 2. n. 14. Hartm. Pistor. p. 1. quest. 12. n. 17. Samuel Stryck. diss. ad l. Æmilius 38. ff. de min. c. 5. n. 22. 23. Quando *sine Curatore* quem habebat, contraxit minor, restitutione opus non habet, cum contractus ipso jure nullus sit, aut servari sanè, ob perpetuam exceptionem, aut facti replicationem initio contractus obligationi quodammodo ad hærentem, non debeat d. l. 3. C. de in int. rest. Tabor in not. ad Meieri Coll. Arg. h. t. th. 2. Huld. Eyben, Obser. Theor. Pract. disquis. 5. Obs. 7. n. 36. seqq. Franzk. Exerc. 3. q. 5. Jac. Mæstert. ad d. l. 3. siue tractat. illustr. Juris materiæ. p. 142. seqq. adde infr. th. 27.

XVII. Illud etiam quæsitum fuit, an minores *ob matrimonium contractum* pro majoribus habeantur, ita ut in contractibus ante completam majorenitatem læsi restitutionis auxilium im-

B

plo-



plorare nequeant? Et quamvis à nonnullis æquiparentur mi-
nibus, qui veniam ætatis impetraverunt; cum tamen textibus & ra-
tione solidâ illi destituantur, meritò in minorum censum etiâ refe-
rendi, & restitutionem hanc nostram petere valebunt. vid. Sauter-
bach. *Exerc. 12. Conc. for. 7.* Nec excluduntur ipsi *Juris Doctores* ætate
minores, si citra juris ignorantiam sive errorem in contractibus
vel negotiis suis decepti vel læsi fuerint *arg. l. 1. in f. ff. de min. l. 1. C.*
qui & ap. quos. Arn. Vinn. *l. 1. sel. quest. cap. 13.* Wissenb. *p. 1. D. 14. th. 4.*
ad ff. ibiq. citati.

XVIII. Referrî tamen hûc nequeunt minores, qui se ve-
nundari passi sunt, *l. 9. §. 4. cod.* quia statum publicum mutârunt,
ubi prætoris partes cessant. Wissenb. *ad ff. p. 1. D. 14. th. 22.* itemque
qui aliorum majorum nomine negotium gesserunt, *l. 23. ff. h. t.* sibi
enim imputet major, quod talem procuratorem, aut infitorem
fecerit. v. Franzk. *Exc. 2. qu. 1. n. 1.* nisi fuerint minores negotiorum
gestores: tunc enim si ipsi recusent petere restitutionem, domino,
cujus negotia gessere, cedere compelluntur auxilium restitutionis
in integrum, cum tali casu dominus non contraxerit cum mino-
re, adeoque iniquum foret damnum ei ex gesto minoris cum alio
accidere. *l. 24. cod.* Servi quoque minorum suorum ne-
gotia illorum voluntate gerentes non restituuntur *l. 3. §. f. l. 4. h. t.*
dominorum enim illud commodum est & incommodum, excipi-
tur casus *l. 5. ff. eod.* de cujus sensu Bach. *in πρῶτοις ad h. t. c. 11.*
n. 1. p. 1094.

XIX. Dixi superius alios etiam ex minorum persona petere
restitutionem posse, tales sunt Procuratores, *l. un. §. per Proc. caus.*
in int. & ibi Dd. modò speciali mandatò sint instructi, *l. 25. §. 1. ff. de*
min. Brunnem. *ib.* Carpz. *l. 2. Resp. 99.* aut generali mandato de re-
stituendo, licet causa, in qua restitutio petenda, non exprimat.
Covarr. Hilliger. Roland. à Valle, Myns. Umm. citati Brunnem. *ad*
d. l. 25. aut alias generali mādato, si incidenter restitutionis quæstio
occurrat. *c. suscitata. X. de in int. rest.* ibique Canis. *n. 4.* Perez. *in C. de*
Procur. Carpz. *d. l. n. 11.* Myns. *2. O. 26.* Dav. Mævius *p. 5. dec. 97.*

XX. Porrò potest & Pater restitutionem petere, si filius.
contraxerit, sed non aliter, quàm si aut filii heres extitit Pater, id-
que indistinctè, sive in peculio castrensi sive profectio negotiatus
fuerit

fuerit filius ob l. 3. §. 9. ff. h. t. quem textum ita cum Barbofa ad l. 14. ff. solut. matr. n. 53. Bachov. in πρωτ. ad h. t. c. 12. p. 1108. seqq. & Wisfenb. ad ff. p. 1. D. 14. th. 3. intelligo, aut filius citra voluntatem patris contraxit, & pater pro filio, tanquam defensor, restitutionem petit, quam ne tūm quidem filius in præjudicium patris, qui non tantūm ex contractu filii rectā actione de peculio, sed etiam condemnato eodem actione iudicati de peculio tenetur, l. 3. §. 11. de pecul. omittere potest, l. 27. ff. h. t. Bachov. d. l. p. 1094. seqq. Struv. Synt. Jur. Civ. Ex. 8. th. 60.

XXI. Atque hinc *heredibus* in genere non deneganda erit facultas petenti restitutionem, l. 13. §. f. l. 19. h. t. l. 16. ff. de rest. in int. l. 4. C. de temp. in int. rest. l. 68. d. acquir. hered. modò defunctus hoc remedio uti voluerit, l. un. verb. ex persona defuncti. C. si advers. dot. Carpz l. 2. Resp. 98. n. 19. seqq. & hoc sensu ea rectè remedium reale dicitur, non quidem ratione originis & causæ productricis, quo sensu personale id esse regulatiter supra th. 12. & non nisi in subsidium & ex necessitate aliquando reale fieri diximus, vid. Franzk. ad ff. de rest. in int. n. 38. sed quatenus personam læsam egredi potest, & transire ad successores. l. 6. ff. de restit. in int. l. 3. §. 9. d. l. 18. §. f. l. 24. pr. ff. de min. l. 20. §. 1. in f. de tut. & rat. distr. quo sensu pacta etiam in personalia & realia dividuntur l. 7. §. 8. l. 7. §. 5. l. 40. pr. §. ult. l. 21. §. f. l. 32. ff. de pact. vid. Dn. Strauch. Exerc. 2. ad L. Decis. cap. 1. n. 29. 30. 31.

XXII. Adeòqve non *heredibus* tantūm, sed *singularibus* etiam *successoribus* competit l. 24. pr. ubi Gloss. de min. l. 25. ff. de admin. & peric. tut. l. 20. §. 1. & ibi Godofr. l. 1. ff. de tut. & rat. distr. Vinn. Select. quest. l. 1. q. 11. non quidem ita, ac si cum re ipsa v. g. venditā, donatā, legatā, cessa transeat, sed migrat in successorem ut jus cessum cum re ipsa, ita ut intelligatur cedens ex dispositione juris transtulisse omne jus, quod habebat ad rem ipsam, licet hoc speciali jure sibi competat, v. g. si minor perperam obligasset, vel ex imprudentia, servitutum rei suæ imposuisset, deinde rem suam vendidisset, vel donasset alteri, emtor vel donatarius impetrat adversus illam obligationem vel servitutum in integrum restitutionem, non quod restitutio inhæserit ipsi rei, ut jus reale, sed quia cum ipsa re ita minor jus sibi specialiter debitum ad rem cessisse videtur, cum se-

eundem vulgus, cessabilia sunt quæ transmissibilia. vid. Sf. Odd.
de rest. in int. p. 1. q. 50. a. 3. Hahn. ad Wesenb. *de rest. n. 2.*

XXIII. Porro & ad fidejussores beneficium istud extenditur. l. 7. §. 1. ff. de Except. qua in re tamen ita distinguendum est, an minor dolo Creditoris sit laesus, & prodest etiam restitutio fidejussori l. 2. C. de fidejuss. min. quia scilicet causa restitutionis hujus non est propria personæ minoris, sed communis majoribus d. l. 7. §. 1. l. 19. de Except. l. 2. §. 12. 16. de dol. mal. exc. an verò citra dolum adversarii lubrico ætatis, & regulariter fidejussori restitutio non prodest, l. 13. pr. vers. non est equum h. t. l. 1. §. 2. C. de fidej. min. adeò ut etiam contra ipsum fidejussorem minor restituatur, ne actione mandati conveniri queat d. l. 1. C. de fidej. min. l. 13. pr. vers. unde tractari potest h. t. junge l. 25. ff. de fidej. exceptio tamen est in d. l. 13. si salva sit Creditori obligatio & actio contra alium l. 51. de procur. l. 2. §. 1. ff. de aduin. & per tut. l. 89. de adquir. l. omitt. her. vel per restitutionem cesset illa singularis qualitas, quam minor suscepit, ratione cujus fidejussor intercescit, v. g. si quis pro minore fidejubeat ut herede d. l. 89. d. l. 2. §. 1. item ut defensore in judicio, d. l. 51. tacitè enim hoc egisse censetur, ut deposita hac qualitate, ulterius non teneatur, Vinn. l. 1. sel. quest. c. 11. Ludvvel. ad Wesenb. h. t. n. 4. Sin fidejussor fiat heres minoris, restituitur non ut fidejussor, cujus obligatio est extincta l. 5. pr. ff. de fidej. sed ut heres minoris, l. 95. §. 3. ff. de solut. Cujac. l. 10. Obs. 34.

XXIV. De sociis & consortibus litis minorum quæ situm, an ad eos quoque pertineat hoc remedium? Et non pertinere responsum in l. un. C. si in com. caus. in int. rest. post. nisi fortè res sit individua & causa connexa, ita ut ne ipse quidem minor beneficio frui queat, nisi gaudeant etiam litis consortes majores, propterea quod restitutionem non in partem, sed solidum fieri oporteat. arg. l. ult. si unus ex plur. appell. l. 10. §. 1. ff. de appell. talis est servitus, l. 4. §. 3. ff. si serv. vind. l. 47. §. 1. ff. de min. c. 1. f. X. h. t. Vinn. d. l. Bachov. ad Treutl. vol. 1. Disp. 11. th. 2. l. D. Carpz. l. 2. Resp. 98. & p. 2. c. 9. d. 4. & in proc. tit. 19. art. 2. §. 6. n. 30. seqq. Lauterbach. Exercitat. 12. Conclus. for. 13. Coler. decis. 273.

XXV. Hactenus recensitæ personæ restituuntur regulariter adversus ledentes tantum, & illos, cum quibus negotium mino-

rum



rum gestum fuit *l. 13. §. ff. h. t.* illorumque heredes, *l. 6. l. 7. C. h. t. l. 14. ff. eod.* Excipiuntur tamen *Parentes & Patroni*, contra horum enim gesta propter reverentiam paterno nomini debitam liberis & libertis restitutio non datur, *l. f. C. qui & advers. quos.* modo contra Parentes & ex facto Parentum eadem petatur, nam si contra Patrem quidem, non tamen factum Patris, aut contra factum Patris, non autem contra Patrem directò postuletur, adhuc concedi solet: Unde *l. 2. C. si advers. don. l. 3. §. 5. & 7. ff. de min. l. 2. C. si adv. rem iud.* quæ *d. l. f.* obstantes videri poterant, facile conciliari queunt. Nec evertit eam *Nov. 155. c. 1.* ubi filia non simpliciter contra matrem ut matrem in integrum restitutionem impetrat, sed eam, quæ contra datam jurisjurandi fidem & secundas nuptias contraxerat, & iudicio tutelæ fuerat obnoxia. Videatur omninò *Dn. Strauch. ad L. Decis. Ex. 3. c. 1. & 2. adde Wissenb. ad p. p. 1. disp. 14. th. 22.* Ne tamen omnis denegetur filiis & libertis calliditate parentis aut patroni deceptis actio, locum habet utilis & verbis temperata in factum actio, *l. 11. ff. & l. 5. C. de dol. Strauch. d. l. c. 2. n. 16.*

XXVI. Excipiuntur etiam *minores*, nam minori tanquam privilegiato, contra minorem, tanquam æque privilegiatum non indulgetur restitutio, *l. 11. §. 6. ff. de minor. Berlich. p. 1. Concl. 5. n. 36. Carpz. Jurispr. for. p. 2. c. 5. d. 2. n. 9. Brunnem. ad d. l. 11. §. 6. nisi unus certet de damno vitando, alter autem de lucro captando, quò sane casu restitutio non deneganda. Brunn. ad d. l. n. 8. arg. l. 34. ff. de min. Wissenb. ad ff. p. 1. D. 14. th. 11.* Eadem regula in aliis quoque favorabili jure gaudentibus obtinet, modo de ejusdem privilegii genere agatur, & alterum non sit pinguius alterò, quo tamen & ipso casu obtinet regula, si alteri res sua alio modo salva sit. Hinc est, quod si minor 25. annis cum filiof. majore contraxerit mutuum, magis ætatis, quàm *SCTi Macedoniani* habeatur ratio, *d. l. 11. §. f. Sf. Odd. de restit. p. 1. quest. 18. art. 17. Zæl. h. t. n. 57. P. Greve ad difficilia ff. loca Exerc. 6. th. 7.* si verò mulier pro alio intercedendo se obligaverit minori, etiam minor exceptione *SCTi Vellejani* repellatur, scilicet si principalis debitor solvendo sit, aliàs mulier non utetur *SCTi* auxilio, *l. 12. d. t. Caldas ad l. 3. ver. lesis. C. de in int. rest. n. pen. & ult. Manz. de fidej. c. 3. n. 25.*

XXVII. Ex eo autem, quod contra lædentem tantum datur

restitutio, colligitur, contra *tertium possessorem*, à quo minor læsus non est & quocum non contraxit, restitutionem in integrum peti posse nullam: *l. 13. §. 1. l. 14. ff. de minor.* Nam cum regulariter personalis actionis naturam imitetur, contra tertium possessorem regulariter dari nequit. Lauterbach. *Exerc. 12. Concl. for. 14.* Regulariter inquam; nam cum ex quadam necessitate & quasi in subsidium aliquando etiam realis fiat actio & rescissa alienatione in rem detur à prætorè iudicium, *d. l. 13. §. 1. Franzk, ad ff. iit. de min. n. 33. seqq. vide superius §. 12. huius disput.* ita etiam aliquando *adversus tertium possessorem* conceditur, & quidem in his tribus casibus (1) si inter sit minoris rem ipsam recipere potius, quàm ejus habere pretium, *l. 9. pr. 6.* fortè quod res majorum ejus fuerit, *l. 35. ff. eod.* (2) Si Sempronius vel secundus emtor scivisset rem à minore venditam, eaque venditione læsum minorem fuisse, *d. l. 13. §. 1.* (3) Si emtor primus non sit solvendo, atque ita frustanea esset actio minoris contra primum emtorem *d. l. 13. l. 39. §. f. ff. eod.* Sed tertius iste re ablatâ contra autorem suum habebit regressum *l. 15. ff. eod.* Bachov. *ad prætor. h. t. c. 10. n. 3. circa fin.*

XXVIII, *Objectum* restitutionis nostræ sunt *negotia stricto jure valida*, *l. 16. pr. h. t.* in quibus minor contra æquitatem læsus est. *l. 1. §. 1. l. 7. pr. h. t.* ubi enim negotia sunt ipsò jure nulla, ibi restitutio in integrum non est necessaria, *d. l. 16. l. 4. C. in quib. caus. rect. in int. nec non est.* Carpz. *p. 2. C. 11. d. 20. n. 3.* Quando autem validum sit negotium, & obligatio efficax ex contractu minoris oriatur, supra §. 16. diximus, distinguendo inter minorem Curatorem habentem & non habentem: Cæterum cum ista distinctio moribus nostris propter jura Imperii noviora. *Const. Polit. Grol. V. de anno 1548. & Rudolphi II. de anno 1577. tit. von der Pupillen und Minderjährl. Vorm. §. 1. in f. Georg. Schulz. in Synops. Inst. t. de Curator.* quibus etiam inviti minores accipere tenentur Curatores, non magnæ utilitatis esse videatur, & præterea sub minorum appellatione etiam impuberes contineantur, & in eo par videatur esse conditio pupillorum & minorum, dicendum, illa demum negotia valida esse, quæ cum autoritate Tutorum & consensu Curatorum gesserunt pupilli & minores. Quando autem sine consensu illorū contraxerunt, distinguendum erit, an obligatio oriatur ex facto, an verò ex

con-



conventionē ; si ex facto, quod contingit si quis negotia pupilli aut minoris gessit, aut ipse hereditatem adiit, aut solutionem accepit, non tenetur, nisi in quantum locupletior factus : *l. 5. pr. π. de autor. tut.* quod si ex conventionē, subdistingendum, an sola pupilli minorisve persona sit in conventionē, an verò etiam bona ; ibi valet conventio & negotium ratum est sine Tutoris & Curatoris autoritate, *l. 14. ff. de spons. l. 101. ff. de V. O.* hic sibi quidem obligat alios, & ipse obligatur, sed naturaliter saltem, *l. 1. § de novat.* quæ tamen naturalis obligatio illos effectus non habet, quos alias habere solet naturalis obligatio in foro civili, & ob id quoque ne naturaliter quidem obligari dicitur, *l. 59. ff. de O. & A.* Atque ex his facilè de validitate negotiorum à minoribus gestorum judicare licet.

XXIX. Nihil autem refert, an negotia illa *judicialia* sint, an *extrajudicialia*. Quantum ad *judicialia*, datur hoc remedium in genere sive agendo, sive excipiendo seu defendendo, seu compromittendo minor captus sit, *l. 7. §. 4. h. t. l. 51. de procur. l. 34. §. 1. h. t. l. 11. de arbitr.* In specie verò adversus eremodiciū, id est desertionem causæ post litem contestatam factam, *l. 7. §. f. & l. seq. h. t.* renunciationem litis, *l. 20. §. 1. & l. seq. h. t.* plus petitionem, *§. 33. J. de Action.* omissam exceptionem & probationem necessariam, *c. 3. X. de in integr. rest. l. 18. §. 11. l. 36. h. t. l. pen. C. sent. resc. non posse.* delationem juramenti, *l. 9. §. 4. de jurej. Gail. l. 2. O. 41. n. 11.* confessionem factam vel omissam, *l. 6. §. pen. de confess. l. 9. §. 2. h. t.* Myns. *C. 3. obs. 81.* sententiam definitivam vel interlocutoriam, etiam contra tutores vel curatores in re minorum latam, *l. f. C. si advers. rem jud. Mynsing. Cent. 4. Obs. 21.* Bach. ad Treutl. *Vol. 1. Disp. 11. th. 14. B. C.* totam vel ejus particulam, *l. 29 §. 1. h. t.* Hahn. ad Wesenb. *h. t. n. 5.* non inferioris modo, sed etiam superioris, à quo aliàs non licet appellare, *l. 3. C. si adv. rem jud. l. 17. & 18. h. t.* rem judicatam & neglectam appellationem, *l. 7. §. 11. l. 42. h. t. Junge l. 18. §. 2. cod. c. 5. X. de restit. in integrum.* Frid. Hiltrop. *in proëm. p. 4. t. 10. n. 163.* Ziegl. ad Lancellot. *l. 3. tit. ult. §. 1. p. 897.* executionem denique rei judicatæ & capta pignora, *l. 9. pr. l. pen. h. t. l. 1. C. Si adv. Vendit.*

XXX. Quantum ad *extrajudicialia*, restituitur minor adversus contractus omnes, sive re contrahantur, ut sunt mutuum datum, *l. 1. C. si advers. Credit. Odd. q. 51. p. 2. a. 3.* sive ipse dederit, sive acce-

acceperit. l. 3. §. sed utrum ff. h. t. & l. patri. §. si pecuniam ff. cod. nisi inde locupletior factus, l. 1. & 2. C. si advers. Cred. Restituitur itidem contra depositum & commodatum, Odd. q. 53. a. 1. contra constitutionem pignoris vel à se dati, vel à se recepti. Odd. d. quest. a. 2. adversus pignoris distractionem & venditionem, a. 3. 4. 5. 6. seqq. adversus permutationem, l. 62. ff. de jure dot. sive ve. bis, unde restituitur contra fidejussionem, eamque vel sibi datam, si scilicet idonea sit, vel à se pro aliis factam, l. 2. C. de fidej. min. l. ait prætor. §. 1. de min. item adversus novationem sive debiti delegationem, quo casu Creditori restituitur actio adversus debitorem in eo statu, quo erat tempore novationis l. f. ff. h. t. Wiss. ad ff. h. t. 15. nec non adversus acceptilationem sive liberationem, & quamlibet aliam stipulationem. Odd. q. 54. a. 8. 9. 10. seqq.

XXXI. Nec minus restitutio datur contra contractus consensu celebratos, veluti adversus mandatum & societatem à se contractam per reg. l. ait prætor. §. 1. ff. de min. quin etiam adversus societatem non commercialem, sed politicam, quæ est inter patrem & filium arrogatione contracta, l. 3. §. 6. ff. de min. vid. Wissenb. l. cit. th. 22. inf. Item adversus locationem conductionem, emphytenin aliosque contractus consensuales, emtionem maximè & venditionem, licet tutoris autoritas & judicis decretum intervenerit, l. 11. C. de prad. min. aut pignora ex causa debiti privati sub hasta publice fuerint distracta l. 9. l. pen. h. t. & plus licitanti addicta, l. 7. §. 8. h. t. l. 1. C. si adv. vend. pign. Oddus de rest. q. 52. a. 4. n. 17. seqq. & a. 6. n. 33. Bach. in Comm. Pand. tit. de min. c. 9. n. 2. Hilliger, l. 21. D. E. c. 9. ita tamen ut parcius, & non nisi exactissime cognita causâ concedatur aliud obtinet, si propter publicas pensiones, aut alia debita fiscalia sub hasta res minoris legitime sit vendita, l. 5. C. de fid. & jur. hast. fisco. Berlich. p. 1. decis. 113. Dn. J. O. Tabor. ad tit. C. de fid. & jur. hast. fisco. th. 25. Sf. Odd. d. tr. q. 18. a. 12. n. 73. 79.

XXXII. Non minus adversus quasi contractus minor noster restituitur, in quibus etiam est hereditatis aditio, l. 7. §. 5. h. t. l. 1. & 2. C. si min. ab hered. se abst. & repudiatio l. 1. §. 1. C. si ut om. hered. l. 24. §. 2. h. t. l. f. C. de repud. her. Bachov. ad Treutl. Vol. 1. disp. 11. th. 10. lit. B. Caldas ad l. 3. C. de in int. rest. Ludvv. ad Wesenb. h. t. n. 5. p. 190. Bachov. in Comm. ff. de min. c. 12. n. 1. p. 110. Ziegl. ad Lancell. l. 3. tit. ult.

§. 1. p.

§. 1. p. 896. ita ut contra repudiatam restitutus iterum audiatur ad-
versus aditionem, l. 7. §. 9. h. t. l. 2. §. 10. ff. de SCt. Tertull. Bach. ad
Treutl. l. c. lit. C. Wiss. ad ff. p. 1. Disp. 14. th. 5. Zæl. h. t. n. 11. Idem etiam
de aliis conventionibus, negotiis, & actibus dicendum, ita adversus
transactionem restitutio conceditur, l. 1. & 2. C. si adv. trans. in tan-
tum ut adversario quoque minoris pristina actio restituatur, perin-
de ac si nulla transactio intervenisset, d. l. 1. l. 4. ff. h. t. Wiss. l. c. th. 13.
adversus dotem, l. un. C. si advers. dot. si nempe supra vires patrimo-
nii vel totum patrimonium in dotem dederit, l. 9. §. 1. de min. Wiss.
d. l. th. 12. adversus donationem, l. 2. C. Si advers. don. Denique sicut ad-
versus obligationes contractas, ita etiam adversus solutas restitui-
tur, hinc adversus solutionem minori factam æque ac à minore resti-
tutio indulgetur l. 7. §. 2. h. t. l. 1. C. si advers. solut. si scilicet ea absque
Curatoris interventu, causæ cognitione, & iudicis decreto facta fu-
erit, l. 25. C. de adm. tut. §. 2. §. quib. alien. lic. sibi enim imputare debet
debitor, quod cum minorem esse sciverit, nihilominus eidem sol-
verit, & jus, quod hac in parte ipsi favet, (nec enim compelli potest,
nisi minor adhibeat Curatorem, & impetret iudicis decretum d. l. 7.
§. 2.) contemserit. Qua in re tamen, & ut à metu restitutionis liber
sit debitor solvens, non sufficit consensisse Curatorem, sed decre-
tum Magistratus simul ut intercedat, necesse est, quod satis liqui-
dò patet, ex d. §. 2. §. quib. alien. lic. & d. l. 25. C. de admin. & per. Tut. §. 1. l. 1.
C. si advers. solut. ubi adversus solutionem Curatori factam minori
datur in integrum restitutio. Et ita secundum hanc sententiam re-
spondit ordo amplissimus Jctorum Academicus Lipsiensis apud
Georg. Schulz. tr. de oblat. & ob sign. pec. c. 2. n. 11. p. 29. seq. add. Carpz.
p. 2. c. 11. d. 34. 36. Bachov. ad Treutl. Vol. 1. Disp. 11. th. 11. D. Odd. d. 17.
q. 52. a. 3. Et hoc procedit, si læsio ex postfacto superveniat. Quod si e-
nim in ipsa solutione & eo quo interponitur decretum tempore,
læsio aliqua contingat, sive in re ipsa, sive ex tutoris aut debitoris
aut prætoris demum ipsius dolo, nihil impedimento est, quo mi-
nus adhuc restitutio locum inveniat, & sic intelligo l. 11. C. de præd.
min. Vasquez. l. 3. Controv. c. 67. Ant. Perez. in Cod. ad tit. si advers.
solut. n. 2.

XXXIII. De præscriptione adhuc dicendum restat, num
adversus illam minores restituantur? Ad cujus quæstionis diluci-

C

datio-

dationem ante omnia disquirendum, an adversus minorem currae
prescriptio? Nam quando prescriptio non currit, frustra de resti-
tutione quaeritur, Et de pupillis quidem res clara videtur, adversus
eos non currere prescriptionem, quaecunque illa demum fuerit,
per l. 3. C. de prescr. 30. vel 40. annor. Bachov. ad Treutl. Vol. 2. disp. 22.
th. 3. lit. H. j. l. 19. & ibi Godofr. quemad. serv. amitt. l. 48. de A. R. D. ita
ut nec contra alium forte patrem pupilli, coepta continuetur, d. l. 3.
nisi res forte aliena a pupillis b. f. possessa venierit, ubi b. f. emtori
in facto ex justa causa erranti procedit usucapio, l. 2. §. 15. ff. pro em-
tor. item si coepta sit adversus defunctum, qui posthumum here-
dem reliquit, ubi impleri potest usucapio, priusquam posthumus
nascatur l. 45. ff. de min. Ludvvel. Ex. 6. th. 3. lit. D. Struv. Synt. Jur.
civ. Ex. 43. th. 10. Sed de minore varie olim in jure dispositum erat,
aliae enim prescriptiones plane non currebant minoribus, aliae cur-
rebant ipso jure, aliae currebant cum spe restitutionis, Jo. Mauritius
Dolanus de restit. in int. c. 104. n. 1. Sf. Odd. de rest. in int. p. 1. q. 30. a. 7.
n. 46. Wissenb. ad ff. p. 1. Disp. 14. th. 7. & ad C. l. f. in quib. caus. in int. rest.
nec non est. Sed Justinianus in l. f. C. In quib. caus. in int. rest. nec non est
generaliter definivit, prescriptiones temporales illas quae contra mi-
nores olim currebant, salvo restitutionis auxilio, hodie non cur-
rere adversus minores debere, longissimi autem temporis, triginta
nempe & quadraginta annorum prescriptiones in suo statu ma-
nere, & ita adversus minores currere voluit, d. l. f. l. 3. C. de prescr.
30. l. 40. ann. Nunc ergo ad propositam quaestionem respondendum
videtur: Adversus prescriptionem temporalem, cum ea minoribus
non currat, restitutione opus non esse d. l. f. modo de coepta contra
minorem prescriptione hoc intelligamus, quia de etiam loquitur
d. l. f. nam si contra majorem, minoris forte patrem coepta fuerit,
contra minorem omnino continuari, in eoque minorem a pupillo
differre contra Bachovium d. l. asserendum puto cum Ludvvelo ad
ad Wefenb. tit. de Usuc. n. 14. p. 679. & hinc restitutionem isthoc casu
minori competere, quo in sensu cum Glossa intelligo l. unic. C. si
advers. usuc. Idem dicendum videbatur de 30. vel 40. annorum praes-
criptione, & cum ea minoribus currat, in integrum quoque resti-
tutionem iisdem indulgendam esse, quomodo etiam sentiunt Sf.
Odd. de rest. p. 2. quest. 88. a. 4. & qu. 90. a. 1. n. 9. Franc. Caldas de Pe-
reyra

revera in l. 3. C. de rest. in int. verb. sua facilitate. n. 46. & 48. Glossa in l. 3. C. de prescr. 30. l. 40. annor. & ibi Salycet. Cynus & Castrensis ad l. f. C. quando in int. rest. nec non est, à quibus tamen cum Ant. Fabro in Cod. Sabaud. l. 2. t. 20. d. 2. n. 4. dissentit B. Carpzov. Jpr. for. p. 2. c. 9. d. 2 n. 7. seqq. quod alias potius cursum præscriptionis etiam in hoc casu impedivisset Imperator, si restitutioni locum relinquere voluisset, per rationem d. l. f. d. l. 3. Videtur sententias hasce conciliare posse temperamentum distinctionis adhibitum à Brunnemann. in comm. C. ad d. l. 3. ubi distinguit, an contra minorem inchoata fuerit isthæc præscriptio, an verò contra Parentem ejus, aliumque majorem, cui postea successit minor: scilicet ut illo casu restitutio locum non obtineat, hoc verò utique, cum ibi post annum 14. si incipiat præscriptio, finis ejus caderet in annum 44. ætatis, (jam autem restitutio intra annum 29. de jure communi tantum datur), hic verò in minore ætate finiri possit, quo casu esse restitutioni locum expeditum est. A d. l. f. regulâ excipiuntur quædam temporales præscriptiones, quæ contra minores currunt, in quibus etiam restitutio locum obtinet, de quibus vide Brunnem. ad d. l. f. & d. l. 3. in f. Struv. Exerc. 43. th. 10. Wislenb. ad ff. p. 1. D. 14. th. 8. & ad C. d. l. f. Jac. Mæstertius ad d. l. f. sive tract. illustr. mater. tit. de præscript. adversus minor. p. 153. 154.

XXXIV. Et hæc de præscriptione legali; de conventionali & ubi ex partium conventionem intra certum temporis spatium ab altera parte aliquid præstandum, aut obligatio etiam perimitur, v. c. in additione in diem, lege commissoria &c. res maximè controversa est ob difficilem l. 38. ff. de min. in qua, cum Ictus Paulus pupillæ in integrum restitutionem negaret, Imperator Antoninus tamen vi absolutæ suæ potestatis ex gratia eandem impertitur. Dicendum est, adversus gestum Patris, cui pacto tale tempus adjectum fuit, licet tempus illud, defuncto patre, in ætatem minoris filii demùm inciderit, præscriptionem minori etiam currere, non tamen restituendum esse, tum quod heres factum & contractum defuncti impugnare nequeat, ex facto autem patris nulla competit restitutio, sed oportet, ut aliquid cum minore contractum fuerit, Brunnem. ad l. 2. C. si adv. vend. pign. tum ob d. l. 38. l. 2. C. si advers. vend. pign. l. 3. pr. ex quib. caus. in poss. eat. modò cum eo nihil novi gestum fuerit,



quod si enim factum minoris novum concurrat, quin adversus illud restituatur, dubium mihi non est *l. 7. pr. ff. de min. vid. Wiff. ad ff. p. 1. D. 14. th. 10. J. Mæstert. l. c. p. 154. Struv. Ex. 8. th. 59. Brunn. ad d. l. 38. Jo. à Sande decis. Frisic. l. 1. t. 18. def. ult. & omninò Dn. Samuel Stryckius in diss. de præscript. conventionali & minore adversus eam à principe restituto ad d. l. 38. ff. de min. Diss. Bachov. ad Treutl. Vol. 2. D. 22. th. 3. l. H.*

XXXV. *Forma restitutionis nostræ alia est petendi, alia probandi, alia indulgendi. Quod ad formam petendi attinet, sequentia sunt attendenda, ut petatur modo legitimo, ut tempore legitimo, ut à iudice & in foro competente. Circa modum petendi illud notandum quod petatur, ea aut ab actore, aut à reo; si ab actore, per modum actionis proponitur; si à Reo, per modum exceptionis. Quando per modum actionis deducitur in iudicium, ad eam impetrandam nulla quidem ordinaria actio competit, sed imploratio officii iudicis nobilis, arg. l. 24. §. ult. ff. de minor. Carpz. l. 2. t. 5. Resp. 96. n. 32. Brunnem. ad d. l. j. l. 1. §. 13. ff. h. t. & hoc plerumque fit, quando incidenter tantum petitur, aliquando tamen ac maximè, quando cum tertio possessore lis est, & res protinus expediri nequit, institutâ solenni in processu ordinario actione peragitur, l. 13. §. f. ff. h. t. Franzk. ff. de rest. in int. n. 36. 43. Brunnem. ad d. l. 13. §. f. Don. l. 21. Comm. c. ult. lit. P. Carpz. l. 2. Resp. 93. 96. Bachov. ad Treutl. Vol. 1. Diss. 11. th. 2. C. Quod si minor conveniatur, per modum exceptionis, aliquando etiam à minore actore per modum replicationis in iudicium deduci potest, l. 9. §. 4. ff. de jurej. Brunnem. ib. Carpz. l. 2. Resp. 96. n. 1. immo ex communi Doctorum placito, si non petatur, à iudice aliquando etiam suppleri potest. vid. decis. Elect. 4. verb. Ja die Part gar von Richter gestalten Sachen nach hierinnen præveniret werden können. adde Ziegl. in Dicast. Concl. 34.*

XXXVI. Libellum daremus etiam restitutionis nostræ, nisi eundem jam accuratissimæ actionum forensium expositioni inseruisset Consultissimus Dn. D. Schvwendendorfferus, Antecessor hujus Academix celeberrimus, cap. 3. memb. 65. sect. 3. quo remisisse B. L. satis esse existimo. Illud saltem addo, consultum & ferè necessarium videri, ut in libello læsionis etiã, de qua in seqq. aliqua injiciatur mentio, Carpz. p. 1. c. 26. d. 23. n. 1. 3. seqq. nisi forte ex conclusione & nar-

& narratis læsio facile apparere, & de ea quodammodo judici constare possit. Brunnem. *ad l. s. C. de in int. rest. in f.* Neque verò duplici hinc libello opus esse, (unum enim remedium hoc nostrum est, non duplex;) neque illam Doctorum, rescindens & rescissorium remediū statuentium, sententiā, aut in §. 5. & 6. §. de action. aut in alia aliqua lege, ullum fundamentum habere autumo. Et error ille natus est ex malè intellecto processu juris veteris, in quo cum viderent, diversos actus fuisse, quādo & prætor formulā actionis dabat, & iudex pedaneus causā cognitā sententiam pronunciabat, finxerunt duplex in restitutione in integrum intercessisse iudicium, duplicem oblationem libelli, duplicem etiam litis contestationem: malè omninò, cum unicum sit iudicium, & prætor eo ipso, dum dat actionem, simul quoque rescindat illud, ex quo læsio obligerat, & contra quod restitutio petitur. vid. Franzk. *de in int. rest. n. 14. seqq.* Struv. *Synt. J. C. Exercit. 8. th. 3.* Vinn. *l. 1. sel. quest. c. 10.*

XXXVII. *Tempus* in restitutione in integrum observandum, olim fuit annus utilis, hodie est *quadriennium continuum*, ubi & *initium*, & *medium*, & *finis* probè attendi debent. *Incipit* hoc tempus currere, ex quo vigesimi sexti, de Jure Sax. 22. anni dies illuxerit, *l. f. pr. C. de Temp. in int. rest.* etiam ignorantibus, Franzk. *ff. de in int. rest. n. 29.* Bachov. *ad Treutl. Vol. 1. Disp. 11. th. 3.* D. aliud est in restitutione eorum, quæ minoribus saltem æquiparantur, Ecclesiarum, Reip. Universitatum; In his enim cum talis terminus ætatis non facile detur, à tempore læsionis cognitæ, aut si facto administratoris læsio contigerit, à tempore mortis administratoris computandum esse hoc tempus volunt *c. 1. & 2. de in int. rest. in 6to Clem. un. eod. can. 10. XVI. 3.* Carpz. *l. 2. Resp. 96.* Berlich. *p. 2. dec. 218.* H. Piff. *p. 1. quest. 37. n. 64.* Quod si quis veniam ætatis impetraverit, currit quadriennium ex eo die, quo venia concessa, ita tamen, ut si fortè anno 18. venia impetrata sit, nihilominus usque ad initium 26. restitutio ratione eorum, quæ ante impetratam veniam gesta sunt, competat, *l. s. C. de temp. in int. rest.* add. Berlich. *dec. 6.* De *minoris herede* ita distinguit *d. l. s.* aut succedit minor minori, aut minor majori, aut major minori, aut major majori: primo & secundo casu tempus à majorenitate incipit currere, ita ut aliquando ex persona defuncti & minoris propriā plus temporis ad restitutionem petendam indulgeatur, quam ipse solus

habuisset; tertio & ultimo casu, statim ex quo adivit hereditatem & agnovit bonorum possessionem, tempus ipsi currit, tertio quidem, ubi successum est minori integrum quadriennium, quarto verò, ubi majori, id quod stato tempore deest, *d. l. f. §. 1. l. 18. §. f. ff. de min.* Franzk. *de rest. in int. n. 40. 41.* Quod ad *medium* sive *cursum temporis* attinet, continuò currit illud quadriennium, hoc est, dies feriati simul in illud quadriennium computantur, *d. l. fin. pr. C. de temp. in int. rest.* quod olim non fiebat, ubi annus utilis tantum restitutioni datus erat. vid. Eckolt. *ff. de divers. & temp. præscr. §. 2. 3.* Finitur quadriennium ultimò istius die expleto, neque captum esse sufficit, sicut juris est in aliis etiam actionibus temporalibus, *l. 6. ff. de O. & A.* Quod autem in *d. l. f. §. de temp. in int. rest.* dicitur, intra quadriennium hoc non movendam modo restitutionem, sed & finiendam, quicquid de horum verborum sensu statuunt interpretes vid. Bach. ad Treutl. *V. 1. D. 11. th. 3. l. A.* Brunnem. aliique ad *d. l. Franzk. ff. de in int. rest. n. 30. 31.* vix tamen est, ut usu id obtineat, vid. August. Barbosa in *Collect. ad h. t. C. n. 11.*

XXXIIX. *Judex competens* est, quicumque habet potestatem restituendi, ubi quidem inter Jus vetus & novum sive hodiernum distinguendum. De jure veteri primùm quidem solus restituebat Prætor, *l. 1. ff. de in int. rest.* post autem Magistratus majores, tribunal proprium & jurisdictionem habentes, *l. f. C. ubi & ap. quem c. pen. X. de in int. rest.* item horum mādatarii sive in specie ad hoc fuerint dati, sive ad aliam causam, in quam incidenter occurrat restitutio, vid. Ziegl. ad Lanc. *l. 3. t. 18. §. 5 p. 902.* Item judices pedanei à Reip. administratoribus, seu Magistratibus majoribus, dati, Zenoniani scilicet, Strauch. *Exerc. 1. ad L. Decis. c. 5. n. 19.* de quibus verba *d. l. f. sed & quos Reip. nostra administratores dederunt* intelligit Idem *Ex. 3. ad L. Decis. c. 3. n. 14. seqq.* non arbitri compromissarii *d. l. f.* ibique Brunnem. neque magistratus municipales, *l. 26. §. 1. ff. ad munic.* cùm illis tantùm jus restituendi competat, quibus est imperium mixtum, quod non habent municipales *d. l. 26.* sed simplicem saltem jurisdictionem, vid. omninò Dn. Strauch. *d. Exerc. 3. ad L. Decis. c. 3. n. 67. & diss. Inst. 20. aph. 6.* Wiff. ad *ff. p. 1. D. 6. th. 26, & D. 21. th. 21.* *Moribus nostris* & juxta totius prope Germaniæ receptam consuetudinem cuilibet Magistratui Jurisdictionem saltem baslam sive inferiorem habenti, com-

competit in integrum restituendi facultas, teste Gifanio ad d.l.f. Sf. Odd. de rest. in int. p. 1. q. 32. a. 4. Struv. Ex. 8. th. 4. usque adeo, ut etiam contra propriam & Antecessorum sententiam restituere possint, l. 16. §. f. l. 2. de min. & ibi Brunnem. Odd. d. tr. p. 1. q. 32. a. 16. unde si tempora ad appellandum data lapsa sunt, petitur restitutio ab eo iudice, qui sententiam tulit, cum causa ad superiorem non sit devoluta, Brunnem. ad d. l. 16. §. f. de min. non autem inferior iudex adversus sententiam à superiore latam l. 18. de min. nec contra propriam sententiam Princeps facile restituit, d. l. 18. §. 1. & ibi Brunnem.

XXXIX. Forum competens, in quo restitutio nostra postulari debet, est regulariter domiciliū rei l. 2. C. ubi in rem actio. l. 2. C. ubi & ap. quem cogn. in int. actor enim regulariter sequitur forum rei l. 2. C. de Jurisd. l. 1. C. ubi in rem. aliquando & cum ex necessitate aut in subsidium datum adversus possessorem in rem actio, etiam rei sitæ, arg. d. l. f. Franzk. ff. de in int. rest. n. 32. Schot. Disp. Pand. 20. th. 4. non verò contractus, arg. d. l. 2. C. ubi & ap. quem. Struv. Ex. 8. th. 4. quamvis enim Reus communiter forum sortiatur in loco contractus, illud tamen verum est quoad complementum, non verò rescissionem ipsius contractus, Bach. in Comm. ad πρῶτα p. 963. Brun. ad d. l. 2. quando scilicet non, ubi obligatio ad implendum orta est, peculiaris quoque & propria ad resolutionem ejusdem negotii nata est obligatio, vid. Strauch, Ex. 3. ad L. Decis. c. 3. n. 31. seqq. quale quid in hac nostra restitutione non contingit. Et hæc quidem ita obtinent, si de foro ordinario agatur: speciale autem, præter superiora, forum quædam causæ meruerunt, uti adversus libertatem agitur, in consistorio Principis, l. 10. ff. de min. adversus rem judicatam à procuratore Cæsaris, vel ab eo, qui vice sacrâ judicat, ut vicario, vel præfecto urbi vel dato à principe l. 1. C. h. l. 3. C. si adv. rem jud. Cujac. parat. C. ubi & ap. quem.

XL. Sed non sufficit petiisse restitutionem, & allegasse causas, ob quas intendit quis se restitui, sed probari etiam debent. Cum autem in hac restitutione nostra etas potissimum & inde contingens læsio considerentur, ad hæc duo etiam probaturus maximè respicere debet. Etas probatur vel testibus, Bruna. in l. 43. ff. h. t. l. 2. ubi Gothofr. lit. c. C. de his qui ven. et. in quorum numero possunt esse oblietrices, l. 3. §. duæ. ff. de Carbon. Edict. vicini, quia scire præsumuntur

tur



tur facta vicini, *l. Si vicinus. C. de Nupt. Consanguinei & Parentes, l. 16. & ibi Gloss. & Goth. ff. de prob.* quorum tamen testimonia ferè semiplenam probationem saltem præstant; vel *scripturâ d. l. 3. §. due ff. de Carb. Ed. l. 1. l. 3. C. si min. se maj. dix. l. 2. ff. de Excus. tut.* puta libris privatis, in quibus Parentes liberorum natales scribere consueverunt, *l. 2. §. 1. ff. de excus. tut. d. l. 1. C. si min. se maj. l. 6. C. de fide instr.* aut parochialibus, *arg. l. 10. ff. de prob. l. 3. de Cens.* vid. *Cancer. 1. resol. 22. 28. Christ. Besold. Thes. Pract. verb. Tauff. Bücher, Bach, ad Treutl. p. 1. D. 11. th. 8. lit. E. & F. Hahn. ad Wesenb. h. t. n. 6.*

XLI. Ex eo autem, quod quis minorem se docuit, non statim restituendum esse sequitur, nisi de læsione simul etiam constet. Nec enim utique quod minor est, statim & circumscriptum se docuit, *l. 9. §. 4. ff. de jurej. j. l. 24. §. 1. l. 11. §. 3. ff. de min. l. 5. C. de in int. rest.* Quomodo autem læsio illa contingat, jam in superioribus, cum de objecto egimus, dictum, & generaliter non interest, sive sui imbecillitate, sive alterius calliditate, vel ratione eorum, quæ amiserunt, vel ratione eorum, quæ non acquiviserunt, vel quod oneri se implicaverunt, *l. 24. §. 1. l. 44. ff. de min.* illa evenerit, modò non sit exigua, minima enim non curat Prætor, *l. 4. ff. de in int. rest.* quamvis nec, ut enormis sit, præcisè requiratur *l. 1. pr. b. t.* sed judicis arbitrio æstimandum detur, *arg. l. 1. §. 1. de jur. delib.* Cæterum quis probare læsionem debeat, anxie disquiritur inter Dd. in varias sententias abeuntes, quas refert & latè examinat Hartm. Pist. p. 1938. ex quo ita distinguimus: An læsio sit manifesta, & in manifestum minoris incommodum cedat, adeoque ex ipsa natura rei de læsione satis appareat, ut si pro alio fidejusserit, aut rem suam pro alio oppigneraverit, vel si propter omissam probationem, aut omissam exceptionem, itemque appellationem petatur restitutio, Ziegler. ad Lancell. l. 3. t. 18. p. 698. Berlich. p. 1. Concl. 38. n. 60. Brunnem. ad l. pen. C. de min. Mascard. Concl. 963. n. 17. Carpz. 3. Resp. 4. n. 14. his, inquam, casibus, ulteriore probatione læsionis opus non est, si ipsum negotium gestum allegetur, Hillig. l. 21. D. E. c. 10. cc. Dn. Lauterbach. Concl. for. 8. Ex. 12. an verò non sit manifesta, & tùm utique læsio probanda erit, quamvis pro varietate negotiorum modò facilior, ut in mutuo, modò difficilior, ut in emtione venditione fiat probatio, *l. 24. §. restitutis. ff. de minor. j. d. l. 9. §. 4. de jurej. l. 5. C. de in int. rest.*

rest. nec ante probationem læsionis ab auctore minore factam opus
habebit adversarius probare locupletionem minorem ex gesto fa-
ctum, quamvis hæc probatione contraria admittatur, si jam de
læsione constet, & annullato aut rescisso negotiõ, id quod dedit, re-
petere velit, & ita intelligi debent *l. 1. l. 2. C. si advers. Cred. l. 27. §. si pe-
cuniam ff. de min. l. 32. §. 4. de adm. tut. l. 24. §. 4. de min. add. H. Piff.
l. c.* quem sequitur Carpz, *7 pr. for. p. 2. c. 11. d. 44. j. Struv. Synt. 7. C.
Ex. 8. th. 48. 49.*

XLII. *Forma indulgentæ restitutionis est, quod debeat fieri
præviâ causæ cognitione, l. 3. ff. de in int. rest. Carpz. p. 1. c. 26. d. 23. un-
de etiam pars adversa, cujus interest, citanda, arg. l. 39. ff. de adopt. l. 13.
pr. l. 29. ff. de min. ita ut nonnullis citatis, quoad cæteros nulla sit re-
stitutio Brunnem. ad d. l. 29. §. f. Summariter autem procedi in hac
causa debet, quoad sufflamen scilicet, strepitumque judicii & di-
solendiosas actionum ordinariorum remoras ita enim terè de sum-
mario judicio discriet Carpzov. in *Pr. t. 1. a. 1. n. 16.* ut tamen interim
substantialia processus & judicii requisita non negligantur, Carpz.
d. l. n. 22. 23. seqq. In causæ cognitionem autem venit, an suppetat a-
liud remedium ordinarium, quod si enim adsit, potius illõ utendũ,
nisi pinguius quid sit in restitutione. Carpz. *l. 2. Resp. 76. §. p. 2. C. 11. d.
34. n. 6.* item an in toto negotio fuerit læsus, an verò in ejus parte ali-
qua: sic si in emendo & vendendo nullam læsionem passus sit, quia
forte expediit sibi emere vel vendere: sed tantum carius vel vilius
vendidit emitve, electio venditoris erit, utrum id, quod justum ex-
cessit pretium, restituere, vel emtoris id, quod deest, supplere, an
verò a contractu recedere malit, *l. 12. §. 1. §. ibi Glossa ff. de jur. dot.
Strauch. diff. 27. th. 19.* itè, an minor etiam inconsultâ facilitate, an ve-
rò casu potius læsionem hanc sustineat, si enim prudenter negotia
sua administraffet, & citra adversarii dolum casu fortuito in damnũ
incidisset, frustra peteretur restitutio, *l. 11. §. 4. h. t. Brun. ad l. f. C. de
min. Gabr. Mudæus ad l. f. C. Si advers. Credit.**

XLIII. *Finis restitutionis nostræ est, ut facilitate sua vel ad-
versarii dolõ deceptis minoribus succuratur.*

XLIX. *Effectus restitutionis alius est petita, alius impetrata. Effectus
petita est ut pendente eâ nihil sit innovandum, l. un. C. in int. rest. post. ne
quid nobis fiat, unde petita restitutione ad rem, interim illa non potest
alienari. Berlich. par. 12. Decis. 179. Brunnemann. ad d. l. unic. & Barbosa ibid.
n. 7. & processus suspenditur, usque donec super eâ fuerit pronuntiatum, Berlich.
d. l. n. 1. testium attestations susceptæ, publicari non possunt, Id. d. l. n. 2. 3. ipsa de-
nique executio impeditur, l. 32. C. de Transact. l. 42. ff. de minor. Finckelth. Obs.*

106. n. 1. seqq. Mynsing. C. 6. Obf. 80. Berlich. p. 1. Concl. 84. n. 60. Etiam si inchoatus sit executionis processus, Berlich. p. 2. Decis. 219. Carpz. l. 2. Resp. 93. & 94. & Proc. t. 19. a. 4. §. 3. 4. 5. aut petatur restitutio contra instrumentum publicum & guarentigiatum, vel rem judicatam, aut minor ei simpliciter renuntiaverit. Carpz. p. 2. C. 11 d. 50. aut restitutio requirat altiozem indaginem, aut sententia in Consistorio Principis sit lata, vel in secunda aut tertia instantia confirmata, vid. omnino Dn. Lauterbach. Ex. 12. Concl. for. 1. ibiq; citati, modò de petentis calumnia manifestò non constet: nam tùm sine omni circuitu sententia executioni mandatur. O. C. part. 3. tit. 52. Sf. Odd. de in int. rest. q. 43. n. 49. aut saltem contra eum sit tergiversationis & calumniæ præsumptio, quo casu præstita à victore cautione, de omnibus restituendis, si in integrum restitutionem impetraverit adversarius, sententia executioni mandatur, c. 6. X. de in int. rest. & ibi Henr. Canisius. Textor. de remed. contra sentent. tit. 6. c. 16. n. 32. Mynsing. Cent. 1. O. 48. de quo etiam casu exaudienda novissima decisio Elector. 15. aut in continenti læsio per modum exceptionis opposita probari queat, per Verba d. decis. finalia: es fõnte und wolte dennn becl. binnenden angesetzten Hülffs-termin die restitution/ und die darinnen enthaltene læsion, wenn er dieselbe per modum Exceptionis sùrgeschützet/ in continenti darthun und beybringen/ damit würde er nach Anleitung unserer andern obigen decisio billich zugelassen.

XLV. Effectus impetrata restitutionis in genere est, ut minor in pristinum statum, in quo fuit ante gestum negotium reponatur, & planè indemnus servetur, ita tamen, ut alterius quoque, qui cum minore contraxit, ratio habeatur, nec minori iniquum lucrum adquiratur, l. un. C. de reput. qua sunt in int. rest. l. 22. §. 1. l. 29. ff. ex quib. caus. maj. l. 24. §. 4. de min. sic si vendidit aliquid, revocare potest restitutò pretio, ut restitutio fiat cum omni causa, nisi placuerit usuras pretii cum fructibus compensari. Deinde etiam tantum restitui debet, quantum fuit amissum, d. l. 24. §. 4. tantum enim restitutio tribuit, quantum læsio a bñulit, nec plus nec minus, arg. l. 26. §. 7. ff. ex quib. caus. maj. unde si ob temporis lapsum restituendi sunt, tantum tempus est restituendum, quantum duravit læsio, c. un. X. de in int. rest. ac proinde, si in uno tantum die læsio existat, unicum tantum die restitutio faciendæ. Brunn. ad d. l. 26. In specie autem pro diversitate causarum, Obiecti & Circumstantiarum etiam effectus restitutionis variant, quos tamen omnes recensere neque temporis. neque chartæ angustia patitur.

XLVI. Pergimus potius ad contraria, & quæ cessare faciunt restitutionis nostræ remedium, & eveniunt vel ob factum minoris, vel qualitatem cause, vel lapsum temporis, vel deniq; emergentem aliquam circumstantiam. Ob factum minoris cessat (1.) si, major factus rati habeat, quæ in minorennitate gesta sunt, idq; si verbis expressis, quò casu cessare restitutionem facile constat, l. 9. ff. rem ratam haberi. si factò seu actu aliquo, l. 1. l. 2. C. si maj. fact. rat. rem. hab. l. 3. §. 1. ff. de min. modo factum ejusmodi sit, ut inferat necessariò approbationem ejus, quod in minorennitate gestum est, d. l. 3. §. 1. verb. initial. l. 3. in f. d. S. Ct. Mand. l. 30. ff. h. t. l. 1. C. si ad rem. jud. nisi dolus adversarii inter venerit, l. 3. §. 1. vers. Sed si et probaretur h. t. quod si verò factum ita sit comparatum ut alius possit esse gerentis animus, tunc restitutio non denegatur. Exemplum est in l. 3. §. 2. ff. de min. aliud in l. 14. §. 2. ff. de bon. lib. vid. Struv. Ex 8. th. 52. Wissenb. ad ff. p. 1. Disp. 14. th. 21. (2.) Si juramento minor gestum confirmaverit, l. 1. j. auth. Sacramenta puerum C. si ad rem. vendit. licet de beneficio sibi competente certioratus non fuerit Gail. 2. O. 41. n. 5. Barbof. in d. Auth. n.



14. nec juramentū corporaliter, sed saltem in scriptis fuerit præstitum, Gail. d. l. & hoc juramentū in tantum est obligatorium, ut obligatio ejus ad heredes quoq; transcat, & ad actus validos æq; ac invalidos extendatur, vid Struv. Exerc. 8. th. 54. & Exerc. 17. th. 21. 22. 25. add Vinn. 1. quæst. 15. Strauch. Exerc. 25. aph. 25. Wissenb. ff. p. 1. D. 14. th. 23. Idem dicendum de renunciatiōne hujus beneficii jurato factā. Carpz. p. 2. C. 11. d. 50. (3) si dolose se majorem dixerit, l. 2. l. 3. C. Simin. se. maj. non si per errorem, d. l. 3. quod si dolus minoris cum dolo adversarii concurrat, atq; ita uterq; in dolo verteretur, potior est causa minoris & ipsi restitutio non denegatur, l. 36. ff. d. dol. mal. l. 3. & quod si. (Simin. se. maj. dix. Dn. Lauterbach Ex. 12. Concl. for. 11. ibiq; citati Wissenb. l. c. th. 20. (4) Si peritiam alicujus rei fuerit professus, & circa eam damnum passus, Perez. tit. C. Si min. se. maj. dix. Wissenb. l. c. th. 24. Mauriti. de rest. in integr. c. 223. Sf. Oddus p. 1. q. 23. a. 7. (5) deniq; si veniam ætatis impetraverit, l. 1. C. t. t. C. d. his venian. ætat. impetra. quia tūm pro majore habetur, exceptā alienatione rerum immobilium, l. 2. §. 1. C. d. t. v. Finckelth. dissert. de venia ætatis, quæ est in Abas. Frischii diff. Jur. publ. part. 3. Disp. 7.

XLVII. Propter qualitatem causæ cessat restitutio in libertate data, l. 31. h. t. t. C. Si ad. libert. in venditione sui ipsius, l. 9. §. 4. b. t. in matrimonio, quod tantum ob adulterium dissolvitur, Carpz. Ipr. Confist. lib. 2. def. 204. n. 4 & def. 205. n. 45. in omisso injuriarū judicio l. 37. pr. h. t. in delicto doloso, l. 9. §. 2. l. 37. §. 1. de min. l. 1. C. Si ad. del. sive illud in committēdo sive omittēdo cōsistat, d. l. 37. l. 121. d. R. 7. Ant. Matth. proleg. Comment. de Crim. cap. 2. n. 3. nisi forte de eo aliunde non constet, quàm solā minoris confessione temerè forte emissā, adversus hanc enim restituitur, l. 6. §. pen. de Confess. unde nec contra veram contumaciam minor restituitur, Bachov ad prim. part. ff. h. t. c. 14. quod tamen secus est in quasi contumaria, ex incuria & imperitia juvenili commissa, l. 3. h. t. & in delictis culposis civilibus. l. 2. C. si ad. del. l. 9. §. 5. h. t. aliquando etiam ob minorennitatem pœna mitigatur vid. Anton. Merenda l. 5. Controv. 15. & seqq. B. Carpz. Pr. Crim. p. 3. q. 143.

XLVIII. Propter lapsum temporis sive præscriptionem cessat restitutionis nostræ remedium si elapsū fuerit quadriennium, de quo in antecedentibus. Quod de actibus validis & ipso jure subsistentibus meritò intelligimus; nam actus per se non subsistentes, quinquennali demū silentio convalidantur, per l. f. C. Si maj. fact. alien. sine decr. fact. rat. hab. si scilicet illi sint onerosi, nam lucrativi non aliter valent, quàm si post perfectam minorum ætatem inter præsentēs decennium, inter absentes verò vicennium effluxerit d. h. f. vide ad eand. l. Dissert. Dn. Lauterbachii Tubinga habit. J. Carpz. 5. R. 76. & Jac. Schultes quæst. pr. 15. Vulgaris autem est Dd. sententia ex causā rationabili, & imprimis si eminentissimum damnum appareat dari etiam post quadriennium restitutionem, Jo. Baptist. Costa de subsid. remed. c. 46. n. 7 & c. 47. n. 11. Carpz. 2. R. 96. posse etiam principem, etiam si lex denegat ex plenitudine potestatis post quadriennium ob justam causam restituere, docet Ant. Fab. Cod. Sabaud. l. 2. t. 32. d. 2. Quod si per modum exceptionis opponatur restitutio, nullius, quantumvis longissimi temporis præscriptione excludi Dd. tradunt, quod quæ ad agendum sunt temporalia ad excipiendum fiant perpetua, l. 5. §. f. ff. dol. mal. & met. except. Carpz. 2. R. 96. n. 1. à quo tamen recedit Brunn. add. l. f. in f. & ad l. 9. §. 4. ff. de jures. Dav. Mæv. p. 3. decis. 333. Quando autem læsio & gravamen imminet ex tempore, tūm non intra quadriennium, sed intra tantum tempus peti debet, quantum læsionis tempus est. Hinc si in uno tantum die læsio cōsistat, una tantū dies dabitur ad restitutionē petendam. vid. Casp. Manz. de rest. in int. th. 3. n. 112. absurdū enim videtur mediū ad lapsū temporis recuperandū deterius esse ipsō fine.

XI. IV.

XLIV. Deniq; ob emergentem aliquam circumstantiam cessat, si semel fuerit petita & data restitutio vel denegata, l. 1. §. 1. (Si sep. in int. rest. post. fuer. l. 20. A. C. de min. Carpz. 2. R. 97. Brunn. add. 1. C. & ad l. 7. §. 9. ff. d. min. Bach. ad Tr. V. I. D. II. th. 1. l. E. Ant. Fab. in Cod. l. 2. tit. si sep. in int. rest. 29. def. 2. ubi ita distinguendum; vel minori restitutionem petenti data est eadem, vel denegata: si data, aut usus eam est aut non est: si usus illa non est, sed impetrata ex causa læsionis, restitutione, eam ultrò abiciat, licet causa petite restitutionis duraverit, ex eadem tamen causa locum non habet restitutio. t. 1. C. si sep. in int. rest. j. l. 20. §. f. l. seq. de min. Bach. & Ant. Fab. l. c. si usus est eadem iterum subdistingendum an restitutio peratur contra id quod antea concessum est, an vero pro eodem obtinendo: si prius, datur restitutio, exemplum est in l. 7. §. 9. ff. de min. vide ibi Brunn. & Bach. l. c. Wissenb. ff. p. 1. D. 14. th. 5. si posterius, denegatur, t. 1. C. si sep. Carpz. d. l. Quod si denegata minori est restitutio, multum inter est an super illo ipso, an verò diverso capite hoc actum fuit: priori casu dengari debet, v. c. minor petens fundum succubuit: petita restitutione iterum succumbit; postea ulterior ei restitutio denegatur; nam alias res abiret in infinitum, Brunn. ad d. l. 1. a sententia tamen, qua restitutio denegatur, appellari potest, Brunn. d. l. Bach. l. c. & si appellatio à minore omiſsa contra eam omiſsam restituitur d. l. 1. & ibi Aug. Barboſ. in Collectan. posteriori casu conceditur. l. 2. C. d. t. ibiq; Brunn. Bach. l. c. Quando nec data nec denegata, sed tamen super eadem re petitur restitutio. v. g. ad fatalia secundâ vice lapsa restituenda ex æquitate auditur minor, Brunn. d. l.

L. Affinis restitutioni minorum & ad eius imitationem introducta est à Jure Civili ac Canonico restitutio Ecclesiarum & aliorum piorum locorum, c. 1. 2. 3. 7. X. de in int. rest. Tiraquell. de pris. pian. caus. pr. 138. nec non Rerump. Civitatum & similium universitatum, quæ per alios reguntur & administrantur l. 4. C. ex q. c. maj. l. 3. C. de jure Reip. ad quam vid. Dissert. Neuenhanii, qua est in Ahasva Fritschii Exerc. Jur. publ. Vol. 2. disp. 2. & ad exemplum & Jure minorum restitutionem petunt et impetrant de qua vid. Bach. ad Treutl. V. I. D. II. th. 7. H. Berlich. p. 2. Dec. 216. Brun. ad d. l. 4. Odd. de int. rest. q. 3. a. 10. n. 08. seqq. Carpz. 2. R. 95. 96. Richter. p. 2. decis. 71. n. 13. His accensent nonnulli restitutionem seminarum quas ob fragilitatem sexus etiam restitutionem impetrare posse contendunt, ob l. 1. §. f. ff. de Edend. l. 1. ff. de in int. rest. l. 6. §. 1. de Jur. dot. l. 9. de Jur. & fact. ignor. quorum sententiam etiam ex nos. decis. Elect. 4. aliisq; rationibus propugnat Consultiff. Dn. D. Adam Christoph. Jacobi, Consiliarius Elect. Saxon. in Disput. inaugurali de auxilio restit. in int. sexui feminino de Jure comun. & Saxon. competente. Præterea huc quoq; referunt reconventionem, l. 14. C. de sent. & interl. & appellationem per l. 32. C. de transact. ubi appellationis & integrum restitutionis simul mentio occurrit, unde nonnullis in locis receptum est, ut in genere contra quamvis sententiam, qua quis læsum se dicit, instar alicujus remedii suspensivi uti liceat restitutione in integrum, vid. Hahn. ad Wesenb. ex q. c. maj. n. 10. & ex eo Struv. S. J. C. Ex 8. th. 80. Affinibus etiam restitutionis nostræ annumerant remedium nullitatis, de quo Carpz. in Proc. t. 19. a. 3. 4. & remedium Canonis Redintegranda C. III. q.

1. quod proinde cum nostro concurrere Menoch. rem. XV. n. 105. statuit, rectè tamen refutatus à Zieglero in Comm. ad d. Can. nupere edito c. 3. §. 12.

FINIS.

154032

(X2617952)

10-17



VOLVON 204





D. T. O. T. M. A.

RESTITUTIO.

NEMIN INTEGRUM
MINORUM,

*Permissu amplissimi in hac Philu-
rea Jctorum Ordinis,*

SUB TUTELA

DN. AUGUSTI BENEDICTI
CARPZOVII,

J. U. D. & Institut. Imperialium P. P.

publicè disquirendam proponet

GEORGIUS AUGUSTUS

Görner/ Finst. Lusatus,

AUTOR.

In Themisterio Jctorum,

Horis consvetis,

Annò Χρ1507ονίας, M. DC. LXXV. die VI. Maji.

L I P S I Æ,

Ex Officina Typographica COLERIANA.

P. Runder 30.

